

**GRAĐA**



# REGESTI ISPRAVA 16. STOLJEĆA IZ ARHIVA HRVATSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UJMJEVNOSTI

Sedmi dio: Isprave iz razdoblja 1558.-1559.

**Regesti sastavili Antun Mayer i suradnici,  
za tisak priredila Maja Katušić**

Maja Katušić  
Hrvatski institut za povijest  
Zagreb

UDK 94(497.5)“15”(093)  
930.253:930.22  
Stručni rad  
Primljeno: 18.6.2013.  
Prihvaćeno: 15.10.2013.

Rad na objavljivanju regesta isprava koje se čuvaju u Arhivu Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti započela je grupa djelatnika i vanjskih suradnika tadašnjeg Historijskog instituta Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti (danasa: Odsjek za povjesne znanosti Zavoda za povjesne i društvene znanosti HAZU) te su u nastavcima u Zborniku (sv. 2-5) objavljene srednjovjekovne isprave iz te zbirke. Godine 2007. rad na objavljivanju regesta ponovno je nastavljen te je u Zborniku (sv. 25) objavljen prvi nastavak niza, u kojem se objavljaju regesta isprava od 1527. godine do kraja 16. stoljeća. Ovo je sedmi nastavak u kojem su objavljene isprave za 1558. i 1559. godinu.

**Ključne riječi:** rani novi vijek, hrvatska povijest, povjesni izvori, isprave, Arhiv Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti

## Signature arhivskih skupina

D – Documenta  
DV – Documenta Dalmatica-Veneta/Documenta Veneta  
Frg (D – CXLVIII) – Acta fragmentaria/Regesta fragmentorum

## Opće kratice

Italice consc. – italice conscriptum  
Latine c. – latine conscriptum  
Orig. pap. – originale papireum, original na papiru  
Perg. – pergamente

### Kratice izdanja isprava i regesta

Isprave = Jakov Stipišić – Miljen Šamšalović, Isprave u Arhivu Jugoslavenske akademije, *Zbornik Historijskog Instituta Jugoslavenske akademije*, sv. 3, Zagreb 1960., str. 563-643.

## REGESTI ISPRAVA

### 1133. Posonii, 21. I. 1558. (D – XXXIV – 2)

Andreas de Bathor, iudex curiae regiae, causam, qua Catharina Imreffy de Zerdahel, uxor Lucae Zekel de Kewend Petrum Keglewych de Bwsyn de verberatione et nece 2 iobagionum accusaverat, coram Nicolao de Zrinio, bano motam et ad Mathiam Keglewych condescensam, postquam ex decreto Nicolai, bani, actrix assertiones suas iuramento 2. X. 1555. confirmavit, ut e litteris capituli Zagrabensi de 4. X. 1555. constat, Petrus Erdewdy, banus, reum amissione omnium bonorum paternorum, servitores rei autem capitis condemnavit, sed ea sententia Mathias Keglewych non contentus ad iudicem curiae appellavit, bano rursus remittit ad exequendum et finaliter decidendum, ut pro verberatis et interemptis iobagionibus actricis a reo homagium solvatur. Orig. [Mayer]

### 1134. Posonii, 28. I. 1558. (D – XXXIII – 110)

Andreas de Bathor, iudex curiae regiae in causa Thomae de Thopolya, praepositi ecclesiae Beate Marie Virginis in area capitulari Zagrabiae, qui Lucam Zekel de Kewend accusavit, quod annualem pensionem 5 marcarum ut possessor arcis Zomzedwar, in territorio dictae ecclesiae extractae, persolvere recuset, cum debitor pensionem tempore dominii Hyeronimi Lazky et Katzianerii interruptam esse contenderet, Nicolaus comes de Zrinio, banus, sententiam tulit, ut debitor assertiones suas iuramento confirmaret. Lucas sententia non contentus ad curiam regiam appellavit sententiam bani approbat. Orig. [Juričan]

### 1135. Posonii, 28. I. 1558. (D – XXXIII – 111)

In causa magistri Thomae de Thopolya, praepositi abbatiae Beate Marie Virginis de Zagrabiae, qui Lucam Zekel de Kewend accusavit, quod sibi 90 marcas annualis pensionis, quam possessor arcis Zomzedwara, in terra abbatiae extractae, abbatiae persolvere debet et 9 annis non persolvit, coram Nicolao comite de Zrinio, bano, mota, Lucas iuxta litteras regias, quibus ei castrum in quieto dominio traditum est, pensionem perslovere recusat, actor autem binis litteris olim Caroli regis assertione suas comprobavit, Lucas Zekel pensionem tempore Lazky et Katzianerii in dominio castri Zomzedwara interruptam esse contendit, banus Nicolaus de Zrinio sententiam fert, ut reus assertiones suas iuramento confirmet, quod reus non fecit, sed ad Andream de Bathory, iudicem curiae regiae appellavit. Iudex curiae bano Nicolao de Zrinio litteris Posonii 28. III. 1555. datis, omnia documenta huius causae sibi mittere praecipit, quod banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek 25. V. 1557. fecit. Par litterarum reo editur. Orig. [Juričan]

### 1136. Zagrabiae, 30. I. 1558. (D – XXXIII – 112)

Capitulum Zagrabense litteris Ferdinandi regis Ratisbonae 25. II. 1557. (**vide: Zbornik, vol. 30, reg. 1074**) datis iussum Franciscum, Matthiam, Nicolaum, Petrum et Simonem Keglewych de Bwssyn in dominium castri Kozthel et directarum aequaliumque dimidiarum partium omnium bonorum ad id castrum necnon ad castrum Krapinia (!) spectantium, quae in dictas nova regia donatione collatae sunt, 25. I. 1558. introducit, cui introductioni statutionique a Jacobo Zekel de Kewend, qui ob hanc rem in ius banale vocatus est, contradictum est, de qua

contradictione capitulum Petrum Erdewdy de Monyorokerek, banum, certiorem facit. Orig. [Šavor]

**1137. Warasdini, 4. II. 1558. (D – XXXIV – 3)**

Joannes Swpanich de Bennye (Bednye) in omnibus causis Ioannem Zomor de Pokatheleke, causarum regalium directorem, et alios 36 nobiles suos procuratores coram Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, eligit. Orig. [Juričan]

**1138. Zagrabiae, 17. III. 1558. (D – XXXIII – 113)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Stephanum ac Nicolaum, Emerici Bradach de Ladomercz filios, ut reos atque Annam, Petri Castellanffy de Zenthlelek uxorem, ut actricem, quae de universis bonis et iuribus possessionariis quondam Emerici Bradach in possessionibus Byzthrycza, Ladomercz et Zenthywan (comitatus Zagrabiensis), quae nunc apud manus dictorum reorum versantur, ius femineum aequa ac masculinum concernentibus portiones suas congruentes simul cum litteris possessionariis, de his autem, quae ius masculinum concernunt, ius suum quartalicium a reis petit, ad reorum rogatum edit paria litterarum Nicolai comitis de Zrynio, bani, de 24. V. 1555., quibus iidem litteras, quae possessiones Byzthrycza et Ladomercz attinent, coram iudicio banali probare debeant, praemissa autem actricis actione, quantum possessionem Zenthywan attinet, omnino absolvantur. Orig. [Šavor]

**1139. Zagrabiae, 17. III. 1558. (D – XXXIII – 114)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Elenae Pewkry, viduae Emerici Bradacz, Stephano filio et Petro nepoti eiusdem, aquibus Anna, filiae Emerici et uxor Petri Kastellanfy de Zenthlelek, portione castri Ozthercz sibi pro sustentatione cessa non contenta, divisionem omnium bonorum Emerici petivit, edit par litterarum bani Nicolai comitis de Zrinio Zagrabiae 30. V. 1555. datarum(*vide: Zbornik, vol. 30, reg. 1009*), quibus causa prorogatur. Orig. [Mayer]

**1140. Zagrabiae, 18. III. 1558. (D – XXXIV – 5)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, Lucae Zekel eiusque uxori Catharinae Imreffy, qui ab Elisabeth de Frangepanibus, uxor Ioannis Alapy de Nagy Kemlek accusati sunt, par litterarum suarum edit, quibus idem banus testatur actricem Ioannem Alapy, maritum suum et 16 nobiles suos procuratores in Lothomberg 20. IV. 1557. elegisse. Orig. [Juričan]

**1141. Veglae, 18. III. 1558. – 19. III. 1558. (DV – II – 106)**

Pater frater Stephanus de Jadra minister fratrum tertium ordinis sancti Francisci, patrem fra Pellegrinum de Jadra eiusdem ordinis procuratorem et nuntium generalem seu commissarium monasterii dicti ordinis cum plena potestate coram quoniam auctoritate ducatis dominii Venetiarum agendi instituit.

In tergo:

Angelus Gradenico, provisor Vegleae in insulae instrumentum procriptionis a Nicolao Bora notario publico scriptum confirmat 19. III. 1558. Italice conscr. Orig. pap. [Marušić]

**1142. Zagrabiae, 22. III. 1558. (D – XXXIV – 7)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in quadam causa inter Annam, Petri Castellanffy de Zenthlelek uxorem, ut actricem atque Stephanum Bradach de Ladomercz et Petrum, filium quondam Nicolai Bradach, ut reos, ad horum rogatum edit paria

1. litterarum eiusdem bani de 14. III. 1558., quibus reos, qui in ius banale vocati non venerunt, convictos fore, si se rationabiliter non excusaverint, committitur;

2. litterarum capituli Zagradiensis de 25. I. 1558., quibus testatur Ambrosium de Beych, Ioannem litteratum Warasdiniensem, Stephanum de Drwskowcz, Laurentium litteratum Palfy de Kapolna nonnullosque alias a praefato Petro Castellanffy legitimos procuratores in omnibus eius actionibus declaratos esse. Orig. [Šavor]

**1143. Sine loco, post 22. III. 1558. (Frg – CIIL – 25)**

In causa de castro Osthercz et oppido Zenth Marthon aliisque possessionibus Emericus de Megyer pro Wolffgango, filio Martini Bwssanych de Rathkowcz, actore contra Casparum de Megyer, advocatum reorum Stephani, filii Emerici Bradach de Ladomercz, eiusque sociorum coram banis Georgio Draskowych et Gasparo Alapy de Naghkevmelek in iudicio in Monte Grecensi habito producit sententiam bani Petri Erdewdy de Monyorokerek iudici curiae regiae Andreae Bathor transmissam, in qua litterae procuratoriae datae 22. III. 1558. memorantur.

Fragmentum originalis, cuius solum prima pars asservata est. [nepotpisan]

**1144. Zagrabiae, 24. III. 1558. (D – XXXIII – 115)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter cives civitatis Kaproncza ut actores atque Matthiam Keglewych de Bwsyn, in quem Petro, patre eius ac Georgio fratre mortuis praesens causa est condescensa, ut reum, qui dictae civitatis a Georgio fratre 1. I. 1547. per vim usurpatae ac possessae necnon iudicis aliorumque quorundam civium Kapronczensium iniuste captorum et in castello Kaproncza retentorum, donec ipsi liberationem suam certa pecunia aliisque quibusdam rebus compensarent, quae omnia reus patrata esse negat, coram Nicolao comite de Zrinio, mota ac 1555. prorogata, coram curia regia Posonii porro tractata, iuxta continentiam litterarum comitis Stephani de Bathor, curiae regiae iudicis, de 25. I. 1558. commitit, ut Matthias dicti fratris sui innocentiam in praescripta actorum actione iure iurando tertio se nobilibus coram capitulo Zagradiensi dando sanciat. Orig. [Šavor]

**1145. Zagrabiae, 26. III. 1558. (D – XXXIV – 8)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, capitulo Zagradiensi praecipit, ut in causa Michaelis Syska eiusque uxoris Christianae, filiae Andreae Myrkoczy, qui Simonem Myrkoczy de Myrkowcz de violenta usurpatione suaee partis montis in Rosancy, in pertinentiis partis possessionis Myrkowcz accusaverunt, quod reus negat, sed totum praefatum montem suum hereditarium esse dicit, communem inquisitionem 5. – 7. II. 1558. peragat. Orig. [Juričan]

**1146. Zagrabiae, 28. III. 1558. (D – XXXIV – 9)**

In causa, quae inde orta est, quod introductioni Stephani et Ioannis Drenowaczky de Zlobocchina in dominium possessionis Gorycza aliter Pregrada (comitatutus Warasdiniensis), propter mortem et defectum seminis Gasparis et Sebastiani de Gorycza ad regem devolutae et eis a Thoma de Nadasd, palatino et locumtenente regis, donatae, Georgius Goryczky recte Hermanych, sororius defunctorum, contradixit, postquam Mathias Keglyewych de Bwsyn se ingressit, eam possessionem ad castrum suum Kozthel pertinere contendens, banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek sententiam fert, ut una quaeque pars suum ius intra annum documentis comprobet. Orig. [Mayer]

**1147. Zagrabiae, 29. III. 1558. (D – XXXIV – 10)**

Capitulum Zagradiense Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, nuntiat restaurationem possessionariam in possessione Kwscherowcz (comitatus Crisiensis) in causa inter Dorotheam, Gasparis de Orechowcz uxorem, Ludovici Pewkry de Pethrowyna neptem ut actricem atque

Ioannem, dicti Ludovici nepotem ad reum a bano iussam, cui se dictus reus 24. III. 1558. vio-  
lenter opposuit, perfectam non esse quare eundem in ius evocatum esse. Orig. [Šavor]

**1148. Zagrabiae, 30. III. 1558. (D – XXXIV – 11)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Chaterinam Imreffy de Zerdahel, Lu-  
cae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque Matthiam, Petrum ac Simonem Keglewych  
de Bwsyn ut in causam attractos, ad horum rogatum, edit par litterarum capituli Zagrabiensis  
de 18. II. 1558., quibus idem litteris praefati bani Posonii 3. II. 1558. datis iussum reos, qui de  
quibusdam terris in possessione actricis Lazethyncz extirpatis necnon uno fenili occupato,  
itemque quibusdam actricis colonis in possessione Rakynthowcz vulneratis, captis et ad ca-  
strum Kozthel deductis accusati sunt, in ius banale 13. II. 1558. evocavit rationem facinorum  
commissorum reddituros. Orig. [Šavor]

**1149. Zagrabiae, 30. III. 1558. (D – XXXIV – 12)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek, in causa Blasii Kerpych de Grabaria contra Nicola-  
um de Zrynio alias banum et Gasparum Perney de Pernye, actori edit par articuli publice  
constitutionis ab reis exhibiti, qua quondam Petrus Keglewych de Bwsyn eiusque adhaerentes  
et servitores, qui eum sequerentur, proscribuntur, quod bona quondam Gasparis Ernusth de  
Chakthornya usurpavit falso contendens huius viduam, suam scilicet filiam, ex eo gravidam  
esse, et quamquam ipse regi id spoonderat, ea restituere noluit. Orig. [Mayer]

**1150. Zagrabiae, 31. III. 1558. (D – XXXIV – 13)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, Andreae de Bathor, iudici curiae regiae submittit  
casuam Agnetis Myrkoczy, filiae, Petri, nepotis Annae Zaboky, neptis Nicolai Iwanouych  
de Brezowycza, qui Franciscum et Gasparum Mernyawchych et Dorotheam, uxorem Am-  
brosii litterati de Gregoriancz, pronepotis, Nicolai Iwanouich de portione e possessionibus  
Brezowycza, Kozmachnyk, Brathyna, Stherpych, Gylethynzky, Nowacky et Germcharii (co-  
mitatus Zagrabiensis) danda accusaverunt, quod ius accusati negant, sed tantum pecunias  
persolvere parati sunt. Nam vigore 2 litterarum rei contendunt provum suum Nicolaum  
Iwanouych dictas possessiones primo pignori obligasse et dein florenis 800 Michaeli Potholy  
marito filiae sua Catharinæ ac aliae filiae suaæ Annae 11. III. 1495. vendidisse, emptores 27.  
I. 1498. introductos esse, et huic venditioni Ladislauum regem Budæ 16. XII. 1497. consensum  
suum praebuisse. Ea omnia actores non vigentia declarare asserunt. Banus sententiam tulit,  
ut actoribus ius quartalitii dari debeatur, qua sententia actores non contenti ad curiam regiam  
appellantur. Orig. [Juričan]

**1151. Zagrabiae, Martii 1558. (D – XXXIII – 116)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Catherinam Imreffy de Zerdahel,  
Lucae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque Matthiam quondam Petri Keglewych de  
Bwsyn filium, in quem Francisco, abbate de Thopwzka, fratre mortuo praesens causa est con-  
descensa, qui quarundam terrarum actricis arabilium ad 4 iugera se extendentium in teritorio  
possessionis Radoboya a patre eius per vim occupatarum accusatus est, coram Nicolao de Zri-  
nio, bano mota et prorogata, coram curia regia necnon memorato Petro, bano, porro tractata,  
capitulo Zagrabiensi praecipit, ut una cum emissario bani litigiosas terras a praefato reo, qui  
bani sententia pro delictis patris nullum onus subire potest, recipiat actricique restitutat, atque  
se de hac restitutione certiorem faciat. Orig. [Šavor]

#### **1152. Zagrabiae, Martii 1558. (D – XXXIV – 14)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Catherinam Imreffy, Lucae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque Matthiam, Simonem et Petrum Keglewych de Bwsyn, filios Petri, qui de novis repleturis cuiusdam piscinae in possessione Mykethyncz (comitatus Warasdiniensis) erectis, ut aqua cuiusdam piscinae terras arabiles et fenilia actricis in praedicta possessione necnon aliorum colonorum atque dumeta et spineta communia absorbuerit, itaque absorbitis occupatis eoque plus 100 florenis damno actrici illato accusatus erat, quae omnia rei a patre eorum commissa esse negabant, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut cum bani emissario inquirat, utrum querela vera sit necne. Orig. [Šavor]

#### **1153. Zagrabiae, Martii 1558. (D – XXXIV – 15)**

Cum petitioni Dorotheae, uxoris Gasparis Orehoczy, neptis vero Elizabeth Pewkry, ut huius bona in Zlathar vel Legathowcz, quae eius filia Cristina, uxor Georgii Polychanyn, et actrix ipsa possideant, inter eas dividantur, Cristina responderit, ea bona a Dorothea tantum e concessione et annuentia Helenae filiae Elizabeth et eius filii Stephani Bradach teneri, banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek decernit hos evictores, ut Cristina asserit, suos in iudicio statuere debere. Orig. [Mayer]

#### **1154. Zagrabiae, 1. IV. 1558. (Frg – CIIL – 27)**

Capitulum Zagrabiense litteras suas datis 1. VII. 1555., quibus iuxta mandatum bani [Nicolai de Zrynio] datum 6. VI. 1555. Ioannem Alapy de multis violentis in possessione Zaprodye seu Sancta Clara factis accusatum in ius vocavit, transumit.

Fragmentum (inferior pars) [**nepotpisan**]

#### **1155. Zagrabiae, 2. IV. 1558. (D – XXXIV – 16)**

Cum Stephanus et Martinus Bwsanycz in iudicio conterderint bona in Also Bathyna Ioannis Jezdarycz aliter Jezdaryczycz, fratris eorum matris Margaretha, post eius mortem titulo dotti vel pignoris apud manus Elenae Pewkry, viduae Emerici Bradacz, eiusque liberorum remansisse, rei autem id negaverint, banus Petrus Erdewdy de Monyorkerek sententiam fert, ut rei 15. VIII. 1558. "25 se nobilibus sibi similibus personis ipsorum inclusis" Zagrabiae in ecclesia Beate Mariae Virginis iureirando id confirment. Orig. [Mayer]

#### **1156. Zagrabiae, 3. IV. 1558. (D – XXXIV – 17)**

Capitulum Zagrabiense litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, ad protestationem Stephani Drenoczy de Feyerkew necnon Francisci ac Vincentii Gregoroczy de Gregorowcz atque Magdalene, Ioannis Gregoroczy viduae, qui in quadam causa inter eos et Gasparem Skopchych de Myrkowcz, filium Ioannis, ut actorem, iniuste, ut ipsi asserunt, condamnati sunt, Zagrabiae 27. III. 1558. datis iussum praeferatum actorem admonuit, ut coram bano compareret omnesque litteras adiudicatorias produceret novum iudicium recepturus, de qua admonitione, 29. III. 1558. facta, idem banum certiores facit. Orig. [Šavor]

#### **1157. Zagrabiae, 3. IV. 1558. (Frg – CIIL – 28)**

Petrus Erdewdy banus capitulo Zagrabiensi mandat, ut in causa Stephanii et Martini Bwsanych contra Elenam, tunc, Ioannis Jezdarych nunc vero Emerici Bradach viduam, de castro Osthercz mota inquisitionem faciat.

Fragmentum (pars inferios asservata) [**nepotpisan**]

**1158. Zagrabiae, 6. IV. 1558. (D – XXXIII – 117)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in lite a Catherine Imreffy, Lucae Zekel de Kewend uxore, Matthiae, quondam Petri Keglewych de Bwsyn filio, maleficet et violentiae in quadam iobagionissa in possessione actricis Pethrwssowcz ab eodem Petro commissae accusato intenta, quam reus factam esse negat seque in hac actione innocentem esse dicit, edit paria litterarum a diudicatarum Nicolai comitis de Zrinio, bani, de 31. V. 1555. (*vide: Zbornik, vol. 30, reg. 1013*), quibus actrix veritatem petitionis iure iurando coram capitulo Zagrabiense dato sancire beat, necnon litterarum eiusdem capituli testimonialium de 3. X. 1555. de iure iurando ab actrice 3. X. iure dato. Orig. [Šavor]

**1159. Zagrabiae, 6. IV. 1558. (D – XXXIII – 118)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Mathiae et Petro, filiis Petri Keglewych de Bwsyn, quo Catherina Imreffy de Zerdahel, uxor Lucae Zekel, occupationis terrae cuiusdam, necis iobagionis et vexationis Valentini Nag, castellani castelli sui Krapinae, reos fecit, edit par litterarum capituli Zagrabiensis ad banum Nicolaum comitem de Zrynio 21. VI. 1556. datarum, quibus eidem bano nuntiatur, reos, ut bonus litteris Warasdini 3. VI. eodem anno iusserat, 16. VI. in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

**1160. Zagrabiae, 8. IV. 1558. (D – XXXIV – 18)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, Andreae de Bathor, iudici curiae regiae submittit causam

1. Andreae Thewrewk de Magyerowo uxorisque eius Barbarae, qui Nicolaum comitem de Zrinio, banum, et Gasparem Pernyey de Pernye eiusque servidores accusaverunt, quod exponentem captum in vincula coniecerint, Barbaram vestibus spoliatam e domo eiecerint et illis damna plusquam 1200 florenorum intulissent;

2. Blasii Kerpych de Grabarya, qui Nicolaum de Zrinio, banum accusavit, quod exponentem et filium eius Georgium captos in vinculis 8 menses detenuerint, uxorem Catharinam male tractassent et damna plusquam 1000 florenorum intulissent, et quod servitor Gaspar Desanych alias Derk puellam Claram, pedisequam Catharinae, oppressisset et per 8 dies apud se in Lwkawcz detinuisse, quod Nicolaus Zrinius Blasium a bano Petro Erdewdy ad se missum in vincula coniecerint et per 2 annos tenuisset ita, ut exponentis deteritus ex patria aufugisset; in qua causa Petrus, bonus, sententiam tulit actores contra quemquam procedere non posse, quod sententiae capitalis condam Petri Keglewych de Bwsyn, cuius servidores fuerunt, participes sint, qua sententia actores non contenti, ad curiam regiam appellant. Orig. [Juričan]

**1161. Zagrabiae, 11. IV. 1558. (D – XXXIV – 19)**

Capitulum Zagrabiense litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, in lite a Caspare Saffarych, comitatus Zagrabiensis iudice, eiusque uxore Elisabeth Mochylary de Zenth Dynes Christophoro, quondam Martini Zthwbychay de Felsew Zthwbycza filio, intenta, qui violentiae dictae actrici a quondam eius iobagione illatae necnon vineae Pwztyka in territorio possessionis Felsew Zthwbycza succisae magna parte occupatae atque duarum cellarum viniarum funditus eversarum accusatus est, intenta Zagrabiae 5. IV. 1558. datis iussum dictum reum 11. IV. 1558. admonuit, ut coram bano compareret rationem scelerum commissorum redditurus, de qua admonitione idem bonus certiore facit. Orig. [Šavor]

**1162. Warasdini, 13. IV. 1558. (D – CXCVII – 196)**

Ioannes Lenkovitsch, confiniorum Croatiae et Sclavoniae supremus capitaneus, ab exploratoribus certior factus, in notitiam dominorum provincialium Styriae perfert apud paschas

in Mostar et Poschega bellum ad Syreth, Babotocha, Tchatschina, Zirkhwena expugnanda et secundum Vendorum et Croatarum limites progrediendum apparari, dein Turcas velle post arcem Novigrad in Wana ad Lapanovicz denuo extractam et expugnatam magna malatum manu residua Croatiae parte fotiri, quamobrem etiam Styriam invitat, ut ad patriae defensionem pecuniam, victimum aliaque necessaria provideant, postremo eos certiores facit se brevi iussu regis Viennam profecturum esse et tempore absentiae suaे consiliarios bellicos sibi assignatos rem bellicam ministatos esse. Germanice cons. Copia [Gorski]

**1163. In castro Selin, 21. IV. 1558. (D – CXCVII – 197)**

Comes Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus Antonio Gereczy de Gerecz, qui se in pluribus contra Turcum expeditionibus fortissimum praebuit, possessionem Erpyne in pertinentiis castri Chazarwara sitam florenis Hungaricalibus 400 possidendum inscribit. Orig. [Šavor]

**1164. Warasdini, 28. IV. 1558. (D – XXXIV – 20)**

Christophorus Ungnad, liber dominus in Sonnek ac comitatus Warasdiniensis comes in causa inter Franciscum de Gregorowcz ut actorem atque Jankonem Dwdych de Orehouicza, qui unius fanilis prope fluvium Koztelina, quod Michaelis Prewor, iobagionis petitoris, est, iniuste usurpati accusatus est, iuxta contentiam litterarum Pauli de Rathka e 10. VII. 1555. de iure iurando a praefato reo 5. VII. 1555. dando, sed non dato confectarum, sententiam fert, qua reus in absentia in fenile actori restituendum atque 50 florenis poennae persolevendos condemnatur, itemque vicecomiti praecipiatur, ut praescriptos florenos rebus ac bonis eiusdem rei receptis solvat. Orig. [Šavor]

**1165. Zagrabiae, Aprilis 1558. (D – XXXIV – 21)**

In causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend, quae Mathiam, Simonem et Petrum Keglewych de Bwsyn eorumque officiales accusavit, quod terras Mathiae Chernogowycz, iobagionis exponentis in possessione Lazethyncz (comitatus Warasdiniensis) extirpassent et usurpassent, quod rei negant, sed communem silvam extirpasse contendunt, Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut 18. III. 1558. inquisitionem peragat. Orig. [Juričan]

**1166. Zagrabiae, Aprilis-Maii 1558. (D – XXXIV – 22)**

Causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend, quae Petrum Keglewych de Bwsyn accusavit, quod in dimidio iugere terrae in possessione Sthechkowcz (comitatus Warasdiniensis) usurpata colonum collacasset, quod reus negat, cum terram istam sibi pertineat; cum iuxta sententiam bani actrix assertiones suas 1. X. 1555. iure iurando confirmaverit, postquam Petrus Keglewych interea mortuus est, in Mathiam Keglewych et fratres eius condescensa est, qui se pro paternis facinoribus onus subire posse negant, quod pater eorum sententia capitali omnia bona sua amisisset, ipsi autem multis expensis ea recuperaverint, Petrus Erdewdy, banus, sententiam fert, ut Mathias Keglewych et fratres eius absolvantur, sed capitulo Zagrabiensi praecipit, ut particulam terrae exponenti a Petro condam usurpatam actrici restituat. Orig. [Juričan]

**1167. Zagrabiae, 06. V. 1558. (D – XXXIV – 23)**

Capitulum Zagrabiense litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, iussum, testatur se Catharinam Imreffy de Zerdahel, uxorem Lucae Zekel de Kewend, in dominium possessionis Zthechkowcz (comitatus Warasdiniensis) 1. V. 1558. restatuere voluisse, sed Simonem Horwath

de Kerschy, valpotum colonorum hospitalis Beatae Catharinae Virginis in Krapyna, hominem Mathiae Keglewych de Bwsyn, restatutionem vi prohibuisse et hunc in ius evocavisse. Orig. [Juričan]

**1168. Viennae, 7. V. 1558. (D – CXCVII – 198)**

Rex Ferdinandus ratum facit Mathiam, Petrum, Simonem Keglewyth de Busyn abbatiam beatissime Mariae Virginis de Thoposzka simul cum omnibus arcibus, bonis, instrumentis et tormentis bellicis iuxta indicem tempore assignationis eiusdem abbatiae quondam Petro Keglewyth, eorum patri, factae confectam Petro Erdewdy de Monyorokerek bano, Lucae, vicario ecclesiae Zagrabiensis, ac Ambrosio litterato de Gregoryancz restituisse. Orig. [Gorski]

**1169. In Zomzedwar, 20. V. 1558. (D – CXCVII – 199)**

Andreas Hennyngh de Teofompach dominus terrestris partis mediae in Zomzedwar, Gregorio Mindzenti provisori bonorum Bathori medium sessionem domui aedificandae donat. Orig. [Moscatello]

**1170. Zagrabiae, 27. V. 1558. (D – XXXIV – 24)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Michaelem Syska eiusque uxorem Cristinam, Andreeae Myrkoczy filiam, ut actores atque Simonem de Myrkowcz, qui cuiusdam montis actorum Rosanczy in territorio possessionis Myrkowcz (comitatus Warasdiniensis) extirpati accusatus est, ad huius rogatum litteris Warasdini 18. V. 1558. datis capitulo Zagrabiensi praecipit, ut actores in ius banale evocet novum iudicium recepturos, de qua admonitione 22. V. 1558. facta idem banum certiorem facit. Orig. [Šavor]

**1171. Zagrabiae, 28. V. 1558. (D – XXXIV – 25)**

Capitulum Zagrabiense litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, ad petitionem Annae, Ioannis Antych de Bwzetha uxoris, viduae Stephani, quondam Ioannis Krysanych de Hreznou filii, quae Casparem Swbych Pernyey de Pernya eiusque uxorem Catherinam, praefati Ioannis filiam, post divisionem castri Hreznou eiusque bonorum in dimidias partes compositione factam domus sua, ubi se collocaverat, funditus dirutae necnon cuiusdam terra arabilis sessionalis Cherychye vocatae iniuste occupatae accusavit, Zagrabiae 5. IV. 1558. datis iussum reos 23. V. 1558. admonuit, ut coram bano comparerent rationem facinorum commissorum reddituri, de qua admonitione idem banum certiorem facit. Orig. [Šavor]

**1172. Zagrabiae, Maii 1558. (D – XXXIV – 26)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Elizabeth Ioannis Alapy de Nagh Kemlek uxorem, Wolfgangi comitis de Frangepanibus filiam, ut actricem atque Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, eiusque uxorem Catherinam Imreffy de Zerdahel, qui actricis e dominio castri Krapyna necnon dimidiae partis bonorum ad id et castrum Kozthel pertinentium per vim exclusae accusati sunt, capitulo Zagrabensi praecipit, ut 4. VII. 1558. ad facies ecclesiae Sanctae Crucis in Zachrethye communem inquisitionem faciat de eo, utrum Catherina Imreffy Elizabeth, sororem suam ex eadem matre natam, tum vero puellam, e praescripto castro et bonis eieisset an ea bona Michael Imreffy omnia emisset, Wolfgangus de Frangepanibus sibi arrogarisset, banus Nicolaus comes de Zrinio sententia lata armis ea Catherinæ restituisset. Orig. [Šavor]

**1173. Zagrabiae, Maii 1558. (D – XXXIV – 27)**

Alterum exemplarum documenti sub numero 26 asservati. Orig. [Juričan]

**1174. Zagrabiae, 2. VI. 1558. (D – XXXIV – 28)**

Capitulum Zagrabiene Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, nuntiat se communem inquisitionem, ut iusserat, in causa Christophori Sthobyczay de Felsew Sthobycza, qui Andream Bathor, iudicem curiae regiae ac Adream Hennyng aliter Thephempach de Zomzedwar de captivatione et verberatione iobagionum exponentis in possessione Dwbowecz (comitatus Zagrabiensis) et de combustione cellarii et omnium rerum capellae Sanctae Helenae ac vallorum coemeterii accusavit, 25. – 27. V. 1558. et 47 testibus, inter quos “nobilis Martinus, citarista de Morawcha,” peregisse, qui assertiones exponentis confirmassent. Orig. [Juričan]

**1175. Warasdini, 6. VI. 1558. (D – XXXIV – 29)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerer praecipit, ne quis ab inquisitione in causa Ioannis Bradach de Ladomerz contra Annam Bradach, uxorem Petri Castellanffy de Zenthlelek, de vi accusatam 24. VI. 1558. Byztryczae habenda sese abstrahat, si requisitus sit, atque ut verum dicat. Orig. [Mayer]

**1176. Warasdini, 6. VI. 1558. (D – XXXIV – 30)**

In causa Ioannis Zaboky de Zabok et Francisci Gregoroczy de Gregorowcz, qui a Margaretha, vidua Ioannis Gregoroczy, nunc vero uxore Petri Bedekoych de Komor, petiverunt, ut bona orphanorum Ioannis, quae ab ea male diripi et consumi contenderunt, sibi tamquam tutoribus traderet, Christophorus Wngnad, comes comitatus Warasdiniensis, visis litteris Benedicti Pethew de Gerse vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Warasdinensis datis 27. I. 1558. de inquisitione facta, sententiam fert, qua Margaretha, dotalicio et frugum parte eius anni percepta, 25. VII. domum et orphans actoribus tradere debeat; cum Margarethae procurator ad banum appellaverit, Christophorus Wngnad causam ad eum remittit. Orig. [Mayer]

**1177. Viennae, 17. VI. 1558. (D – CXCVII – 200)**

Rex Ferdinandus Casparo Magochy, praefecto arcis Gywla, per capitulum Agriense mandat, ut statutionem Christophori Castellanffy de Zenthlekek in dominium donatae ei posessionis Dombegyhc (comitatatus Chanadiensis) admittat. Orig. [Šavor]

**1178. Warasdini, 27. VI. 1558. (D – XXXIV – 31)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, nobilibus, specialiter Gasparo Gozych de Thwran, praecipit, ut in certis negotiis Lucae Zekel de Kewend eiusque uxorius Catharinae Imreffy de Zerdahel contra Ioannem Alapy de Nagkemlek eiusque uxorem Sophiam ad ecclesiam Sanctae Crucis in Zachretye inquisiti meram veritatem dicant. Orig. [Šavor]

**1179. Warasdini, 27. VI. 1558. (D – XXXIV – 32)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, praecipit, ut in causa Lucae Zekel de Kewend eiusque uxorius Catharinae Imreffy de Zerdahel contra Ioannem Alapi de Nagh Kemlek eiusque uxorem Sophiam testes a comite comitatus Warasdiensis requisiti ad Zachrethy omnino veniant. Orig. [Juričan]

**1180. In Zelyna, 30. VI. 1558. (D – CXCVII – 201)**

Ladislaus Kerecheny de Kanyaffelde, capitaneus, a Michaele de Konska unum captivum Karahagdar vocatum ea condicione suscepit, ut vel captivum suum Dervys vocatum vel florenos 200 aureos intra sex menses daret. Orig. [Gorski]

**1181. Zagrabiae, 9. VII. 1558. (D – XXXIV – 33)**

Capitulum Zagrabiene bano Petro Erdewdy de Monyorokerek nuntiat 4. – 6. VII. 1558. ad ecclesiam Sancti Crucis in Zachrethy, ut praeceperat, inquisitionem factam esse, utrum Catherina Imreffy, uxor Lucae Zekel, sororem ex eadem matre natam Elizabeth, uxorem Ioannis Alapy de Nagh-Kemlek, tunc vero puellam ("in capillis constitutam"), e castro Krapyna et dimidia parte bonorum ad id et castrum Kozthel pertinentium eieisset, an ea bona Michael Imreffy, pater Catherineae, omnia emisset, Wolfgangus de Frangepanibus, pater Elizabeth, sibi arrogavisset, banus Nicolaus comes de Zrinio sententia lata armis ea Catherineae restituisset. Inquisitos esse 140 testes, quorum nonnullos se nihil ea de re scire, ceteros ita fassos esse, ut e re Catherineae foret. Orig. [Mayer]

**1182. Sine loco, [9. VII.] 1558. (D – XXXIV – 34)**

Litterae de 140 testibus in causa inter Elizabeth, Ioannis Alapy de Nagkemlek uxorem, ut actri-  
cem atque Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catherineam Imreffy de Zerdahel ut in  
causam attractos apus ecclesiam Sanctae Crucis in possessione Zachrethy 4. – 6. VI. 1558. a  
Michale de Mylenthyncz, regni protonorario, ac Ioanne Dombrensi, canonico Zagrabieni, inqui-  
sitis, quorum nonnulli nihil ea de re scire, ceteri autem ita professi sunt, ut Catherineae usui esset.  
Transcriptum e documento sub numero 33 huius voluminis asservato. Orig. [Šavor]

**1183. Zagrabiae, 16. VII. 1558. (D – CXCVII – 202)**

Litterae capituli Zagrabiensis de introductione Nicolai Thelecz in dominium duarum curia-  
rum Drenowa ac vineae Ztrasyche (comitatus Zagrabiensis) litteris regis Ferdinandi Viennae  
14. V. 1558. datis iussa et die 2. VII. eodem anno peracta. Orig. [Šavor]

Izdanje: Isprave, dok. 2419, str. 591.

**1184. Zagrabiae, 18. VII. 1558. (D – XXXIV – 35)**

Elisabeth, uxor Ioannis Alapy de Nagh Kemlek contra introductionem Jacobi Zekel de  
Kewend in dominium castrorum Kozthel et Krapyna iuridice coram capitulo Zagrabieni  
protestatur. Orig. [Juričan]

**1185. Zagrabiae, 20. VII. 1558. (D – XXXIV – 36)**

Litterae capituli Zagrabiensis ad Petrum Erdewdy de Monyorokerek, banum, missae de 49 te-  
stibus in causa inter Franciscum Bekowych de Thernowcz ut reum atque Stephanum Thwro-  
czy de Lwbreg ut actorem ad ecclesiam Sancti Eliae in possessione Obres (comitatus Waras-  
diniensis) 15. VII. 1558. inquisitis, qui omnes concorditer professi sunt dictum actorem a reo,  
qui colonis suis in possessione Berethyncz ab actore gravia mala patientibus auxilio succurrit,  
homina suos defendantे vulnerablem esse. Orig. [Šavor]

**1186. Zagrabiae, 23. VII. 1558. (D – XXXIV – 37)**

Capitulum Zagrabiene litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, Zagrabiae 18. III. 1558.  
datis, iussum, testatur se Jacobum Zekel de Kewend

1. in dominium possessionis bonorum Kozthel 18. VII. 1558. restatuere voluisse, sed Michaelem Swnych, castellanum castri Kozthel nominibus Mathiae, Petri et Simonis Keglewych de Bwsyn ac Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxor Lucae Zekel de Kewend, eiusque filii Michaelis Zekel, restatutionem vi prohibuisse;

2. in dominium possessionis castri Krapyna restatuere voluisse, sed Valentimum Nagh, provi-  
sorem castri Krapyna, nominibus praeattactorum restatutionem vi prohibuisse;  
quare reos in ius evocatos esse. Orig. [Juričan]

**1187. Zagrabiae, 27. VII. 1558. (D – XXXIII – 120)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in lite a Matthia Keglewych de Bwsyn Lucae Zekel de Kewend eiusque uxori Catherinae Imreffy de Zerdahel de 32 iugeris terrarum arabilium et fenilibus 87 messorum necnon domibus iobagionum eiusdem Matthiae in possessionibus Also Lowrenche et Podbrezth in pertinenciis castri Krapyna per vim occupatis et retentis intenta, eidem Lucae edit paria litterarum capituli Zagrabiensis de 5. VI. 1557., quibus idem litteris memorati bani Zagrabiae 20. V. 1557. datis iussum dictos Lucam et Catherinam 31. V. 1557. in ius banale rationem scelerum commissorum reddituros vocavit. Orig. [Šavor]

**1188. Zagrabiae, 12. VIII. 1558. (D – XXXIV – 38)**

Capitulum Zagrabiense, a bano Petro Erdewdy de Monyorokerek litteris Warasdini 2. VII. 1558. datis iussum, Helenam Pewkry de Pethrowyna, viduam Emerici Bradach de Ladomercz, eiusque liberos 7. VIII. eodem anno admonet, ut Dorotheae, sororis Potentianae filiae, uxori Gasparis de Orehowcz, partem de bonis maternis, sc. matris Elizabeth, filiae Petri Bochkay de Razynia-Kerezthuri, ei spectanete extradant, alioquin in ius veniant; quod capitulum bano nuntiat. Orig. [Mayer]

**1189. Warasdini, 16. VIII. 1558. (D – XXXIV – 39)**

Petrus Erdewdy de Monyorkerek, banus, ad petitionem Christophori de Praschowcz, qui portiones convicti Matthiae Wook de Berlobasewcz in possessionibus Berlobasewcz et Prezechna (comitatus Crisiensis) vigore litterarum eiusdem bani sententialium in dominium accepit, capitulo Zagrabensi mandat, ut praefatum Matthiam eiusque filios Nicolaum et Petrum aliquos quosdam, qui praemissas portiones petitori per vim ademptas tenent, in ius Zagrabiae evocet rationem iniustae occupationis reddituros. Orig. [Šavor]

**1190. Zagrabiae, 22. VIII. 1558. (D – XXXIII – 119)**

Capitulum Zagrabiense, litteris Thomae de Nadasd, palatini et iudicis curiae regiae, in Lewka 28. VII. 1558. datis iussum, in causa commutationis castri Medwewara ac bonorum olim Nicolai Pwczych in comitatu Crisiensi inter Petrum Erdewdy de Monyorokerek, banum, et Ambrosium litteratum de Gregoriancz, vicebanum ad rogatum Nicolai comitis de Zrinio edit par litterarum capituli Zagrabiensis de 14. I. 1557., quibus Nicolaus de Zrinio castra Medwe et Rokonok cum bonis Petri Erdewdy, Monyorokerek et Wereswar commutat; Ambrosius Gregoriancz iura sua in Rokonok et bona in Negowcz, Werhowcz, Drabchewcz, Kalynowycz, Lonyycz, Kwszanowcz, Lypnycz et Zytharcz Petro Erdewdy, bano, 500 florenis cedit, Petrus autem castrum Medwe cum bonis Kralyowcz, Dedychy, Pethrowczy, Hwdybythek, Novaky, Bothyncz seu Bwthyncz, Zepnycz, Zlanowecz et iura sua in Grachyan et Chernomerz ac vado Gregwrycha Brod et Kralyew brod Nicolao de Zrinio et Ambrosio de Gregoriancz tradit. Orig. [Juričan]

**1191. Zagrabiae, 24. VIII. 1558. (D – XXXIV – 40)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, litteris Warasdini 16. VIII. 1558. datis capitulo Zagrabensi praecipit, ut Matthiam Wook eiusque filos Nicolaum et Petrum, Georgium Zerblyn eiusque uxorem Barbaram, Petrum Petrych, Martinum Rowecz cum uxore Margareta necnon Ioannem Pregledek cum uxore Magda, qui portionum dicti Matthiae in possessionibus Berlobasewcz et Prezechna (comitatus Crisiensis), quas iuxta continentiam litterarum bani adiudicatariarum eiusdemque capituli relatoriarum Christophorus de Praschowcz possessas habet, circa 24. VI. praeter legem occupatarum accusati sunt, in ius vocet, de qua admonitione in Fynchewcz, Myholcz et Drobkowcz 19. VIII. 1558. facta idem banum certiorem facit. Orig. [Šavor]

**1192. Jadrae, 7. IX. 1558. (Frg – CIIL – 107)**

Antonius Navagerius, comes Jadrae, in causa Gregorii Ciualelli contra Simonem Maroicich de Boccagnaso mota mandatum per Gregorium uti actorem sub die 20. VIII. 1558. impetratum confirmat et Simonem uti reum expensis condemnat. Latine c. Orig. perg. [Marušić]

**1193. Viennae, 1. X. 1558. (D – CXCVII – 203)**

Rex Ferdinandus variis honoratis viris, in ius etiam Thomae de Nadasd, Hungariae palatino, necnon Petro comiti Erdody, bano, ad rogatum Mathiae, Petri, Simonis Keglewyt de Busyn, qui a communitate oppidi Kaproncza in ius vocati et vexati erant, quod eorum pater quodam templum suum oppido proximum ob publicam utilitatem destruxerat et ex campansis duo tormenta conflaverat, quorum unum oppido Kapronzae donavit, interdicit, ne in posterum praefati suplicantes ob dictam caousa in ius vocentur. Orig. [Gorski]

**1194. Zagrabiae, 12. X. 1558. (D – XXXIV – 41)**

Wolfgangus, Joannis Dwdych de Orehowycza filius, coram Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, patrem a divisione et sequestratione castelli Orehowycza necnon possessionum atque iurum possessionariorum ad idem spectantium, Potentianam autem, Marci Dely, et Veronicam, Gasparis Fodroczy de Borkowcz uxores, sorores suas, a detentione eorundem et in dominium eorum intromissione inhibet. Orig. [Šavor]

**1195. Jadera, 31. X. 1558. (D – CXCVII – 204)**

Rectores civitatis Jadera Fabio de Canal navium praefecto gratias agunt et recognoscunt eius ultimis temporibus nullum navigium a Venturinis (Uskoci) depraedatum esse neve damnum aliud illatum. Orig. [Moscatello]

**1196. Viennae, 24. XII. 1558. (D – CXCVII – 205)**

Rex Maximilianus Benedicto Bornemysza, praefecto et capitaneo arcis Gyula, ad rogatum Emerici Forgach de Gymes et Andree Gal de Gyula, qui asserunt possessionem Thoroy et portiones possessionarias in possessionibus Dombegyhaz et Bathonya (comitatus Chanadiensis) sitas sibi a Ferdinando, regis patre, donatas esse, a se autem variis de causis nondum apprehensas esse, tunc autem ab arce Gyulensi teneri, mandat, ut rebus sic stantibus possessiones praefatis supplicantibus restituat. Orig. [Gorski]

**1197. Warasdini, 5. I. 1559. (D – XXXIV – 42)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Christophoro Wngnad comiti ac iudicibus nobilium comitatus Warasdiniensis praecipit novum iudicium pro Jankone Dwdych de Orehoycza, qui quandam litteras extraxit contra Franciscum Gregoroczy, a quo accusatus item amisit. A tergo nota Hungarice conscripta. Orig. [Mayer]

**1198. Osthrosyn, 23. I. 1559. (D – XXXIV – 43)**

Barbara Zempchey, uxor Stephani Kaptanffy, 18 vel 19 I. 1559. (feria V in festo Beate Priscae Virginis) coram duobus canoniciis Zagrabiensibus, quorum alter Ioannes Zayzthoncius medicinae doctor fuit, 56 procuratores suos nominat. Orig. [Mayer]

**1199. Zagrabiae, 23. II. 1559. (D – XXXIV – 44)**

Capitulum Zagrabiene, litteris Thomae de Nadasd, palatini, iudicis curiae regiae et locumtenentis regii, in Saarwar 24. XII. 1558. datis, iussum, Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano nuntiat se Catherinam Imreffy de Zerdahel, uxorem Lucae Zekel de Kewend, in dominio

um iurium regiorum et bonorum Myrkowcz et portionis in Thoplycza, quae prius Gaspari Skopchych fuerunt, 18. II. 1559. introducere voluisse, sed Franciscus Gregwrocy et ceteri con sanguinei huic introductioni contradixisse, quare in ius banale evocatos esse. Orig. [Juričan]

**2000. Zagrabiae, 28. II. 1559. (D – XXXIV – 45)**

Capitulum Zagrabiene litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, Warasdini 12. II. 1559. datis, iussum, testatur se Magdalenam Boynyk et fratres eius in dominium possessionis Salamnowcz (comitatus Crisiensis) 23. II. 1559. statuere voluisse, sed Andream et Blasium Bradach de Kuscherowcz huic statutioni contradixisse, quare hos in ius banale evocatos esse. Orig. [Juričan]

**2001. Zagrabiae, 4. III. 1559. (D – XXXIV – 46)**

Capitulum Zagrabiene litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, ad petitionem Georgii et Martini Jambrekojch de Ladyzlawcz ac Dorotheae, Laurentii Jambrekojch viduae ac Nicolai filii tutricis, qui Georgium, Ioannem et Casparem Plenar de Lypowcz portionum suarum in possessionibus Lypowcz, Prepwshtowcz et Hansewcz (comitatus Warasdiensis) 30. IX. 1558. praeter legem occupatarum accusaverunt, Warasdini 24. II. 1559. datis iussum reos 27. II. 1559. admonuit, ut coram bano comparerent rationem facinoris commissi reddituri, de qua admonitione idem banum certiorem facit. Orig. [Šavor]

**2002. In oppido Gyula, 20. III. 1559. (D – CXCVII – 206)**

Petrus Frygel, Casparus More et Marinus Selesy, commissarii regii, recognoscunt se Christoffer Castellanffy ad decem equites, quibus regi in oppido Gyula serviverat, necnon et ceteris praesidiariis militibus ibidem constitutis integrum trium mensium solutionem in toto florenis 90 constituentem fecisse. Orig. [Šavor]

**2003. Zagrabiae, 29. III. 1559. (D – XXXIV – 76)**

Capitulum Zagrabiene litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek bani, Zagrabiae 31. VIII. 1559. datis, iussum, in causa Elisabeth, uxoris Ioannis Alapi de Nagh Kemlek, quae Lucam Zezel et uxorem eius Catherinae Imreffy de ablatione litteralium documentorum, quibus actrix iura sua bonorum dimidiae partis castri Kozthel et Krapyna defendi posset, accusavit, reos 12. VIII. 1559. ammonuit et in ius banale evocavit. Cum autem rei in iudicium non venerint, banus sententiam fert, ut rei 25 marcis multentur, et capitulo praecipit, ut sententiam exequatur. Orig. [Juričan]

**2004. In Gyula, 12. IV. 1559. (D – CXCVII – 207)**

Petrus Feygel, Casparus More, Martinus Zeleusy, ad oppidum Gyula destinati commissarii, rogatu Christophori Castellanffy iussu regis propter subditorum incrementum omnes colones, qui in possessionibus Dombeghaz et Kuspa (comitatus Chanadiensis) vocatis eiusdem Castellanfy novas domos aedificaverunt, aedificant aut aedificaturi sunt, ab omnibus dicatis solutionibus ad tres integros annos liberant. Orig. [Gorski]

**2005. Zagrabiae, 26. IV. 1559. (D – XXXIV – 47)**

Ioannes Pewkry de Pethrowyna pro multis beneficiis a Georgio Polychanyn acceptis et litteratoris documentis ad castrum Ozthercz (comitatus Warasdiniensis) ex alienis manibus recuperandum datis, ei remunerari volens praesente Ioanne Geszthy de Zenthlewryncz, coram capitulo Zagrabensi se obstringit, ut, si bona Ozthercz obtigerit, 15 sessiones iobagionales

populosas Georgio dare debeat, si autem Georgio “in vinculo stare nollet”, tunc proprias 15 sessiones ei, Ioanni autem Geszthy 30 dare debeat. Orig. [Juričan]

**2006. Agiae, 7. V. 1559. (D – XXXIV – 48)**

Capitulum Agriense litteris Ferdinandi regis Viennae 20. II. 1558. datis iussum, testatur se alteras regis litteras Gaspari Maghochy, capitaneo arcis Gyulensis (comitatus Zarand) pro Christophoro Castellanffy 1. IX. 1559. exhibuisse, sed capitaneum respondisse se tantum bene meritos viros et non Christophorum ad statutionem bonorum Dombegyhaz (comitatus Chaniadiensis), quae olim Petri Iaxyph fuisse admisisse. Orig. [Juričan]

**2007. Sine loco, 16. V. 1559. (D – XXXIV – 49)**

Emericus Forgach de Ghymes coram capitulo Agriensi portionem suam in possessione Dombegyhaz (comitatus Chanadiensis) a rege ob defectum seminis quondam Ioannis Iakzyth donatam Christophoro Castellanffy de Zenthlelek 300 florenis Hungaricalibus vendit. Orig. [Šavor]

**2008. Viennae, 27. VI. 1559. (D – XXXIV – 50)**

Maximilianus rex Christophoro Castellanffy de Zenthkeleth imperat, tu negotia, si a aliqua coram se tractanda habet, scriptis transmittat. Orig. [Šavor]

**2009. Zagrabiae, 5. VII. 1559. (D – CXCVII – 209)**

Capitulum Zagrabbiense litteris comitis Petri Erdewdy de Monyorokerek bani Zagrabiae 26. V. 1559. datis iussum testatur se Matthiam, Petrum et Simonem Keglewych de Bwsyn, filios olim Petri, quos Mattheus litteratus Zalathnoky de Kohlych florenorum Hungaricalium 98 penes conventionem inter ipsum ac dictum Petrum eiusque filium olim Georgium 1. V. 1551. initam salarii titulo persolvendorum, verum non persolutorum itemque expensarum pro peragendis eorundem apud regem et consiliarios regios Viennae 1552. quibusdam negotiis refundendarum, sed non refusarum coram dicto bano reos fecisset, eosdem in ius banale 30. VI. 1559. evocasse. Orig. [Šavor]

**2010. Zagrabiae, 13. VII. 1559. (D – XXXIV – 51)**

Capitulum Zagrabbiense ad rogatum Francisci Gregoroczy de Gregorowcz testatur Petrum filium quondam Ioannis Gregoroczy, fratris eius condivisionalis, ante se adductum, in tenera aetate novem annorum esse. Orig. [Mayer]

**2011. Zagrabiae, 14. VII. 1559. (D – XXXIV – 52)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek comiti ac iudicibus nobilium comitatus Warasdiniensis praecipit, ut sententiam ab eis pro Francisco Gregwroczy de Gregorowcz contra Ioannem Dwdych de Orehowycza de fenili quondam ad rivulum Kozthelyna sito iam latam exequantur, “quia frustra fierent iudicia, ei ea quae iudicialiter deceruntur, debitae executioni non demandarentur.” Orig. [Mayer]

**2012. Zagrabiae, 16. VII. 1559. (D – XXXIV – 53)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter Catherinam Imreffy, Lucae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque Franciscum Gregoroczy de Gregorowcz eiusque fratres Petrum et Ioannem, necnon Simonem Myrkowcz de Myrkowcz eiusque filios Stephanum, Gasperem et Georgium ac fratrem Marcum ut reos, ad horum rogatum edit paria litterarum

capituli Zagrabiensis de portione Georgii, Petri Skophych de Myrkowcz filii, in possessione Toplica cuidam Blasio Schertha de Borychowch coram capitulo 44 florenis aureis 30. IV. 1459. pigneri dana confectarum. Orig. [Šavor]

**2013. Zagrabiae, 16. VII. 1559. (D – XXXIV – 54)**

Banus Petru Erdewdy de Monyorokerek Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxori Lucae Zekel de Kewend, ac Mathiae Keglewych de Bwsyn et fratribus eiusdem edit par documentorum, quod continet causam Jacobi Zekel, bonis (!, r) Kozthel et Krapyna a rege Ferdinando donatorum, cuius statutioni Catharina Imreffy et fratres Keglewych contradixerunt, quae causa coram Nicolao de Zrinio, bano, mota et ad rogatum primo unius tum alterius patris iudici curiae regiae, Andreeae Bathor sumissa, iterum bano remissa est, qui banus Petrus Erdewdy, litteris 25. V. 1557. datis sententiam tulit ut Jacobus Zekel in bona Kozthel et Krapyna restatuatur. Capitulum Zagrabiense testatur se 18. III. 1558. eum in dominium bonorum introducere voluisse, sed a servitoribus partis adversae vi prohibitos, quare eam in ius evocatam esse. Banus autem testatur partes adversae termino dato in iudicium non venisse. In documento insunt paria litterarum, quibus:

1. capitulo Zagrabieni Petrus Erdewdy, banus, praecipit, ut Jacobus Zekel restatuatur.
2. Andreas Bathor Posonii 20. I. 1558. iterum sententiam bani confirmat
3. Petrus Erdewdy, banus, Zagrabiae 25. V. 1557. iterum causam Andreeae Bathor submittit
4. Andreas Bathor Posonii 31. III. 1556. sententiam bani confirmat
5. Nicolaus de Zrinio, banus, Zagrabiae 31. V. 1555. causam Andreeae Bathor submittit
6. capitulum Zagrabiense bano Petro Erdewdy de statutione nuntiat 23. III. 1558.
7. Petrus Erdewdy, banus, 14. VII. 1559. Zagrabiae, testatur de non comparentibus partibus in iudicium. Orig. [Juričan]

**2014. Zagrabiae, 16. VII. 1559. (D – XXXIV – 55)**

Mandatum bani Petri Erdewdy de Monyorokerek ad capitulum Zagrabiense, ut Sebastianum literatum de Meggye in dominium possessionis Byzthra introducat, quae per defectum semi-nis quondam Georgii Zalay aliter Zenthladislay ad regem devoluta, ei a Thoma de Nadasd, palatino et locumtenente regis, donata est. Orig. [Mayer]

**2015. Zagrabiae, 18. VII. 1559. (D – XXXIV – 56)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, paria litterarum edit Lucae Zekel de Kewend, eiusque uxori Catharinae, et filio eius Jacobo Zekel, qui a Ludovico Glawach aliter Grwbych de captivatione sui accusati sunt, et quos capitulum Zagrabiense litteris Thomae de Nadasd, palatini et iudicis curiae regiae, Posonii 9. V. 1559. datis, iussum, 27. V. 1559. ammonuit et in ius banale evocavit, ut ex litteris capituli de 1. VI. 1559. constat. Orig. [Juričan]

**2016. Zagrabiae, 19. VII. 1559. (D – XXXIV – 57)**

Paria litterarum Petri Erdewdy de Monyorokerek, bani, de 14. VII. 1559. in lite a Martino Bwsanych de Rathkowcz Elenae Pewkry, Emerici Bradach de Ladomercz viduae, Stephano Bradach ac Petro, quondam Nicolai Bradach filio, necnon Petro, Petri Castellanffy de Zenthlelek, ex Anna, praefatae Elenae filia, filio intente, quibus testatur reos iuxta continentiam litterarum bani evocatoriarum atque capituli Zagrabiensis superinde evocatoriarum ius non adiisae testatur. Orig. [Šavor]

**2017. Zagrabiae, 20. VII. 1559. (D – XXXIV – 58)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in lite a Matthia Keglewych de Bwsyn Lucae Zekel de Ormosd eiusque uxori Catharinae Imreffy de Zerdahel necnon Georgio Nemes, officiali

castri Krapyna, de iniusta occupatione terrarum arabilium Matthei Marthynyak, iobagionis actoris in possessione Myholyany accusatis intenta, ad horum rogatum edit paria litterarum capituli Zagrabiensis a 5. VI. 1557. de admonitione ab eodem bano 20. V. 1557. iussa et a capitulo 31. V. 1557. facta, qua rei monentur, ut coram bano compareant rationem facinoris commissi reddituri. Orig. [Šavor]

**2018. Zagrabiae, 22. VII. 1559. (D – XXXIV – 59)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in lite a Georgio Lywbwuchych ac Ludovico Glawach aliter Grcobych de Rathkowcz Lucae Zekel de Kewend eiusque uxori Catherinae Imreffy de Zerdahel de expilata occupataque ipsarum curia in oppido Krapyna eoque damno plus 500 florenis illato intenta, edit paria litterarum capituli Zagrabiensis a 9. VI. 1559. de adminitione a Thoma de Nadasd, palatino ac locumtenente, 9. V. 1559. iussa et a capitulo 27. V. facta, qua rei monentur, ut ius banale adeant rationem facinoris commissi reddituri. Orig. [Šavor]

**2019. Zagrabiae, 24. VII. 1559. (D – XXXIV – 60)**

Ambrosius litteratus de Gregoryancz, vicebanus et comes, ac iudice nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Gasparis Kasnar de Felsew Zthobyczza, qui Christopherum Zthobyczay de eadem reum fecit, quod Gasparis iobagionissa Elena Her-gathycza a Christopheri iobagione Anthonio Thonkoych acriter verberata est, 19. VII. 1559. facta apparere querelam veram esse, quare reum in ius vocatum esse. Orig. [Mayer]

**2020. Zagrabiae, 27. VII. 1559. (D – XXXIV – 61)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Mathiae Keglewych de Bwsyn, a Catharina Imreffy de Zerdahel, uxore Lucae Zekel, accusato edit paria litterarum capituli Zagrabiensis ad eundem banum 6. V. 1558. datarum de repulsione executionis sententiae bani in Zthepkowcz a Mathia Keglewych commissa, et litterarum eiusdem bani 17. VII. 1559. datarum, quae testimonio sunt Mathiam in iudicium illo termino non venisse. Orig. [Mayer]

**2021. In castro Lewka, 31. VII. 1559. (D – CXCVII – 210)**

Thomas de Nadasd, Hungariae palatinus, Francisco, Vincencio, Petro, Ioanni Gregoroczy de Gregorocz de rege et patria bene merito cunctas portiones in possessione Thoplycza aliter Krapinay Thoplycza (comitatus Warasdiniensis) sitas ad fiscum regium ob defectum seminis quondam Casparis Skopchych de Myrkowcz devolutas donat. Orig. [Gorski]

**2022. Zagrabiae, 5. VIII. 1559. (D – XXXIV – 62)**

Capitulum Zagrabiense, a bano Petro Erdewdy de Monyorokerek litteris Bowych 31. VII. 1559. datis iussum, Mathiae, Petro, Simoni Keglewych de Bwsyn edit par litterarum suarum ad banum Nicolaum comitem de Zrinio 1. VI. 1551. datarum, quibus nuntiat, se a Ferdinando rege litteris Augustae Vindelicorum 26. VII. 1550. datis iussum, 27. V. 1551. Iacobum Zekel in dominium castrorum Kozthel et Krapyna cum pertinentiis, quae per mortem et defectum seminis Christophori filii Ioannis Corvini ad regem devoluta et ab eo Iacobo donata sunt, introducere voluisse, sed ei introductioni Petrum Keglewych et Catharinam Imreffy contradixisse, quare eos in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

**2023. Zagrabiae, 5. VIII. 1559. (Frg – CIIL – 29)**

Petrus Erdewdy banus litteras capituli Zagrabiensis ex anno 1559., quibus idem capitulum in causa Christinae Pewkry, uxoris Georgii Polychynyn de Polycze, contra Elenam Bradach

de indivisa possessione Zlathar mota ambas partes iuxta mandatum bani datum 1559. in ius citavit, transumit.

Fragmentum (pars anterior deest) [nepotpisan]

**2024. Zagrabiae, 6. VIII. 1559. (D – XXXIV – 63)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek, banus, in causa inter cives civitatis Kaproncensis ut actores atque Matthiam Keglewych ut reum de quibusdam violentiis ab ipso patratis coram bano mota, ad huius rogatum edit paria litterarum capituli Zagrabiensis a 29. V. 1558. de admonitione ab eodem bano 24. IV. 1558. iussa et a capitulo 24. V. 1558. facta, qua actores monentur, ut termino certo coram bano compareant novum iudicium recepturi. Orig. [Šavor]

**2025. Warasdini, 6. VIII. 1559. (D – XXXIV – 64)**

Ioannes Kertychycz eiusque uxor Barbara domum suam in vico plateae Sancti Viti in suburbio civitatis Warasdiniensis coram Stephano Bacynzky, iudice, ac communitate dictae regiae civitatis Ioanni Chegryycz 50 talleris vendunt. Orig. [Šavor]

**2026. In castro Lewka, 7. VIII. 1559. (D – CXCVII – 211)**

Thomas de Nadasd, Hungariae palatinus et regis Ferdinandi locumtenens Petro Pathachych de Zayezda, Ioanni Forchych de Butynawcz, Wolfgango Dudych de Orechowycza de rege et regno bene meritis possessiones Orehowycza simulcum castello, Bukowecz, Belyeczy, Pochernczy, cunctas portiones in possessionibus Pyhan, Zadrowcz, Puzthodol, Komor (comitatus Warasdiniensis) sitas post mortem Ioannis Voykowych de Orehowcz ob defectum seminis ad fiscum regium devolutas contulit. Orig. [Gorski]

**2027. Zagrabiae, 8. VIII. 1559. (D – XXXIV – 65)**

In causa, quam Michael Syska eiusque uxor Cristina, filia Andreeae Myrkoczy de Myrkowcz, contra Simonem Myrkoczy de parte montis Rosanczy vi extirpata et usurpata moverunt, reus autem, eam terram suam esse asserit, banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek capitulum Zagrabiene communem inquisitionem 26. X. 1559. facere iubet. Orig. [Mayer]

**2028. In Gwla, 16. VIII. 1559. (D – CXCVII – 208)**

Litterae Emerici Forgach Christophorum Kastellanfy et bonum Dombyghaz tangentes Hungarice conscriptae. Orig. [Šavor]

**2029. Zagrabiae, 24. VIII. 1559. (D – XXXIV – 66)**

Capitulum Zagrabiene, litteris Thomae de Nadasd, palatini, iudicis curiae regiae et locumtenentis regii Leukae 7. VIII. 1559. datis, iussum, Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, nuntiat se Petrum Patachych de Zayezda, Ioannem Forchych de Bwthynowcz et Wolfgangus Dwych de Orehowycza bonis Zadrawcz, Repno, Pyhan, Pwsthodol et Wogryndol (comitatus Warasdiniensis), quae prius Bernardi Werych fuerunt, a locumtenente donatos, 19. VIII. 1559. in dominium bonorum et iuris regii introducere voluisse, sed Thomam Zalay de Zewles et Clementem Belobradych cum fratribus suis huic introductioni contradixisse, quare hos in ius banale evocatos esse. Orig. [Juričan]

**2030. Venetiis, 22. IX. 1559. – 28. IX. 1559. (DV – II – 108)**

Coram Matheo Soliano, publico Venetiarum notario, pater Marcus Cornelio, electus Spaltensis, usufructuarius pro dimidio abbatiae sive monasterii sancti Stephani extra muros civitatis Spaleti siti, titulo annualis locationis per annos tres duratura (1. III. 1561. incipiendo),

Andreae Gradenicco quondam Alouisii nomine Ioannis de Benedictis quondam Petri Spalatensis, medietatem omnium fructuum, proventuum, introituum sibi auctoritate apostolica assignatorum, scutis 140 auri annuatim in duabus ratis Venetiis solvendis, sub condicionibus, quae in hoc instrumento plenus perscribuntur, mutuo abservandis, locat.

Venturinus Guarissi, mercator Venetiis commorans, fideiussor Ioannis de Benedictis de annuo affictu solvendo exsistit 28. IX. 1559. Latine c. Copia pap. [Marušić]

**2031. Gorycza, 9. X. 1559. (D – XXXIV – 67)**

Mattheus litteratus Zalathnoky de Kobylych, comes campi Zagrabiensis et alii coassessores in causa inter Michaelem, Thomam et Mattheum Krwpsych de Naghmlaka ut actores atque Iohannem Arbanaz de Also Lompnycza eiusque filios Stehpanum, Benedictum et Fabianum ut reos de usurpatione cuiusdam terrae in possessione Also Lompnycza a Iohanne, fratre actorum, reis ad colendum datae, quam autem rei propriam esse affirmant, sententiam ferunt, qua Michael Krwpsych coram homine iudicii atque uno iudice nobilim in facie litigiosae terrae ius iurandum dare beat, ut terra, quae eius ac fratrum sit, reis ad colendum modo, non in possessionem dana sit, quod idem actor vere dedit. Orig. [Šavor]

**2032. Warasdini, 12. X. 1559. (D – XXXIV – 68)**

Ana, Georgii Herkffy de Zayezda filia, Conradi Aynzinport, castellani Warasdiniensis, uxor, portiones suas in castro Melno (comitatus Warasdiniensis) et in possessionibus Pochakowna, Loncharzewczy, Gherthowczy, Czarghowczy et Zayezda (comitatus Warasdiniensis) coram Petro Erdewdy de Monyorokerek, bano, Wolfgango Dwdych, filio Ursulae, dicti Georgii filiae, 225 florenis vendit. Orig. [Šavor]

**2033. Agri, 17. X. 1559. (D – XXXIV – 69)**

Litterae capituli Agriensis de introductione Andreae Ghal de Gywla in dominium possessionis Kwpa et portionum in possessionibus Basaragh, Wemer, Kwtegyan, Remethe, Saap, Kewtetarchy (comitatus Chanadiensis et Byhoriensis), quae quondam Ioannis Jaxyth de Naghlak ac Wolfgangi Ezthary erant, et post horum mortem dicto Andreae a rege donatae sunt, a Ferdinando rege 9. V. 1559. iussa et a capitulo in oppido Gywha, non in praesciptis possessionibus, quae tunc in dictione Turcarum erant, 2. X. 1559. facta. Orig. [Šavor]

**2034. Viennae, 18. X. 1559. (D – XXXIV – 70)**

Ferdinandus rex ad petitionem Christophori Castellanffy, qui Benedictum Bornemyzza (!), praefectum ac capitaneum arcis et oppidi Gywla, cuiusdam Michaelis, iobagionis sui, per vim abducti necnon possessionis Dombegyhaz ac portionis in possessione Kwpa iniuste occupatae accusaverat, reo imperat, ut dictum iobagionem restituat bonaque possessa actori remittat. Orig. [Šavor]

**2035. Viennae, 26. X. 1559. (D – XXXIV – 71)**

Ferdinandus rex Christophoro Castellanffy de se optime merito omnes portiones in possessionibus Dombegyhaz et Kupa (comitatus Chanadiensis), quae post mortem et ob defectum seminis Ioannis Jaxyth de Naghlak et Petri litterati de Zenthpal ad regem devolutae sunt, dono dat. Orig. [Šavor]

**2036. Zagrabiae, 2. XI. 1559. (D – XXXIV – 72)**

Capitulum Zagrabiese litteris Petri Erdewdy, bani, testatur se in causa Michaelis Syska uxorisque eius Christinae, qui Simonem Myrkoczy de Myrkowcz de usurpatione portionis terrae

exponentium in monte Rosanczy (comitatus Warasdiniensis) accusaverunt, quod reus negat et terram suam hereditariam esse contendit, 26. – 28. X. 1559. 54 testes in communi inquisitione audivisse, quorum 41 terram litigiosam Simoni non pertinere, 13 autem testes Simonis esse dixerunt. Orig. [Juričan]

**2037. Posonii, 3. XI. 1559. (D – XXXIV – 73)**

Litterae Ferdinandi regis, quibus causam a Jacobo de Wyzkeleth ac Bartholomeo Gal de Fewenyes Christophero Kastellanffy de Zenthlelek de possessionibus Kwpā et Dombeghaz intertam coram curia regia vanam redditam esse testatur. Orig. [Šavor]

**2038. Sine loco, 23. XI. 1559. (D – XXXIV – 74)**

Ferdinandus rex litteris ad petitionem Nicolai Loranth de Inke eiusque uxoris Barbarae Garazda, Stephani filii et Annae Ioannis Czobor de Czobor Zenthmyhal filiae tutorum, qui quendam Nicolaum Chehy violentiae Petro Benos, petitorum iobagioni, in possessione Manygha (comitatus Nitriensis) illatae accusaverunt, Posonii 15. XI. 1559. datis capitulo Strigoniensi imperat, ut reum in ius regium evocet, de qua evocatione 21. XI. facta idem regem certiores facit. Orig. [Šavor]

**2039. Ex Magno Tabor, 4. XII. 1559. (D – CXCVII – 212)**

Ioanna Blagay, Petri Ratkay uxor, Petro Kastelanfy pro expressis votis gratis agit eaque pariter refert. Orig. [Gorski]

**2040. Viennae, 23. XII. 1559. (D – CXCVII – 213)**

Rex Ferdinandus incolas civitatis Capronczae, quae ob combustionem a quodam perfuga Turcico factam in magnam desolutionem inciderat, quam autem rex renovari voluit, ab omni solutione censum et contributionum tam ordinariarum quam extraordinariarum intra novem annos exemit. Orig. [Gorski]

**2041. Viennae, 24. XII. 1559. (D – CXCVII – 214)**

Rex Ferdinandus rogantibus incolis civitatis Kaproncensis, quibus iussum principis Maximiliani, regis filii, claves potarum oppidi, iam ab antiquo ab ipsis conservatae, ademptae erant, iam anno 17. III. 1556. decreto Viennae edito permisit, ut claves denuo conservarent et hora constituta portas clauderent vel aperirent, anno autem 1559. dictum decretum corroboravit. Copia [Gorski]

**2042. Agriae, circa 1559. (Frg – CIIL – 30)**

Capitulum Agriense Christophorus Castellanffy, in dominium possesionis Dombegyhar in comitatu Chanadiensi, quam cum assensu regis Ferdinandi ab Emerico Forgach de Gymes 30 florensis Hungaricalibus emit, iuxta mandatum eiusdem regis introducit. [nepotpisan]

## **Regesta of the Sixteenth-Century Charters from the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts.**

### **Seventh Part: Charters from the Period from 1558 to 1559**

*Regesta Composed by Antun Mayer and Collaborators,  
Prepared for Publishing by Maja Katušić*

#### **Summary**

In the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts, there is also a collection of medieval and early modern charters called the Diplomata. Work on the inventorying and making of the regesta of charters was started by a group of employees and external collaborators headed by Antun Mayer, while Jakov Stipišić and Miljen Šamšalović published the regesta of medieval charters of that collection in early volumes of Zbornik (vol. 2-5). In order to make the regesta of early modern charters also available for a wider circle of users, it was decided that those of the sixteenth century should be published, too, and in 2007 (vol. 25) the first instalment, containing charters starting with 1527, was published. This is the seventh part in which charters covering the period from 1558 to 1559 have been published. The authors of the regesta published in this part were Antun Mayer, Lujo Šavor, Rudolf Juričan, Oton Gorski, Petar Moscatello and Josip Marušić.

**Key words:** the Early Modern Period, Croatian history, historical sources, charters, the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts

